TIT. LXVI.
SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquem, ſi vult, poſſe appellare. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

SI [1] propter inimicitias ad munera civilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere, Præſidis æquitas faciet: cum & publicæ utilitatis [2] interſit, non ex amicitia [3] creationes fieri debere, ſed æſtimatione [4] vera, & commodo Reipublicæ.

TIT. LXVII.
DE SUMPTUUM RECUPERATIONE [5].

Electus, qui habet excuſationem, recuperat ſumptus, quos fecit in lite, ab eo, qui eum nominavit. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.

MUneribus civilibus non fungeris, quæ perſonis mandantur, ſi quinque [6] filios incolumes habeas: At ſi contra id privilegium ad munus fatigandi tui cauſa, quidam te devocaverint, tuque appellatione interpoſita [7] ſecuritatem reportaveris, a nominatoribus [8] ſumptus, quos in litem feceris, recuperabis.

TIT. LXVIII.
SI POST [9] CREATIONEM [10] QUIS DECESSERIT.

Onus ſubeundi munera non tranſit ad heredes mortuo patre. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.*

SI ante diem ſubeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus eſt: conveniri [11] eo nomine heredes [12] ejus non oportere, Præſes provinciæ minime ambiget.

TIT. LXIX.
DE [13] TABULARIIS [14], SCRIBIS [15], LOGOGRAPHIS [16], ET CENSUALIBUS [17].

Notarii ſi ad aliquam militiam, vel aliud officium tranſeunt: removentur intra quinquennium, non poſtea. Bart.

1. [18] Imp. ALEXANDER [19].

NUlli [20] omnino ex tabulariis, vel ſcribis, vel logographis [21], eorumque filiis, in quocunque officio militent, ſed ex omnibus officiis [22], nec non etiam ſi intra noſtrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. Datum 8. Kalend. Jul. *Lauriaco*, MARCELLINO & PROBINO CONSS. 341.

Si decurio officium notariatus aſſumpſerit, privilegium decurionatus amittit. Bart.

2. [23] Imp. GORDIANUS A.

QUicunque decurionum ſponte ſe cenſuali miniſterio mancipaverit, conditionem habeat, quam ipſe elegerit, depoſiturus ſui ordinis penitus dignitatem, ſi [24] eum neceſſitas quæſtionis ſubeundæ invenerit. Dat. 15. Kal. Octobr. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Servus non poteſt eſſe tabellio. Bart.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hadriano P. P. [25].

GEnerali [26] lege ſancimus, ut ſive ſolidis [27] provinciis ſive ſingulis civitatibus neceſſarii fuerint tabularii [28]: liberi [29] homines ordinentur: neque ulli deinceps ad hoc officium pateſcat aditus, qui ſit obnoxius ſervituti. Sed & ſi quis dominorum ſervum ſuum, ſive colonum chartas publicas agere permiſerit: (conſenſum [30] enim non ignorantiam volumus obligari) ipſum quidem in quantum interfuerit publicæ utilitatis pro ratiociniis, quæ ſervo ſive colono agente tractata ſunt, obnoxium detineri: ſervum autem competentibus affectum verberibus fiſco addici: dominorum [31] enim interfuit ab initio providere, ne publicis actibus privata ſervitia immiſcerentur. Dat. 8. Kal. April. *Mediolani*, VINCENTIO & FRAVITTA [32] CONSS. 403.

4. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

BOëthos, logiſtas, medogrammateos [33], logographos, diaſtoleas (quæ vocabula publicis dicuntur ſubjacere neceſſitatibus) ſive quolibet alio nomine nuncupentur, non honore, aut alicujus privilegii colore ſubnixos, pro definitione legum inexorabilium ſuam fortunam ſubire compelli: quatenus nec publicis quidquam noceatur, aut minuatur utilitatibus, & ſuis corporibus illi reddantur, quos vel patris, vel majorum obligatio, vel ſua conſtringit.

TIT. LXX.
DE [34] SUSCEPTORIBUS [35], PRÆPOSITIS [36], ET ARCARIIS [37].

Suſceptores debent a ſolvente ſine mora ſolutionem ſuſcipere: alias puniuntur. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS [38] A. ad Eufraxium Rationalem trium [39] provinciarum, poſt alia [40].

SUſceptores [41] publicos abſque omni mora aurum cenſemus ſuſcipere: ne quis per hanc occaſionem ſumptus facere compellatur. Nam ſi ſolvere volens, a ſuſcipiente fuerit contemptus, teſtibus adhibitis conteſtationem debebit [42] proponere [43]: ut hoc probato, & ipſe ſecuritatem debitam, commiſſi nexu liberatus [44], cum emolumentis accipiat: & qui ſuſcipere neglexerit, ejus ponderis, quod debebatur, duplum [45] fiſci rationibus per vigorem officii Præſidis inferre cogatur. Quod [46] autem ſuſceptores, judice, cujus intereſt, negligente [47] violaverint [48], ex [49] ipſius Judicis facultatibus ſarcietur [50]. Dat. 14. Kal. Aug. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

Ad nominatores ſuſceptorum in ſubſidium devenitur, nec licet ab eis emere. Bart.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. [51] ad Secundum P. P.

JUxta inveteratas leges nominatores [52] ſuſceptorum, & eorum, qui ad præpoſituram horreorum, & pagorum [53] creantur, obnoxii teneantur, ſi minus idonei ſint, qui ab eiſdem fuerint nominati [54]: nec quidquam ex eorum ſubſtantia, celebrata per interpoſitam perſonam emptione, mercentur. Dat. 3. Kal. Auguſt. CP. VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Ei debet ſolvi, qui eſt officialis tempore ſolutionis, non ei, qui fuit tempore, quo fieri debuit ſolutio. Bart.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum P. P. [55].

SUſceptores novi non modo [56] præſentis anni debita, verum etiam ſpecies, quas [57] ex reliquis inferunt, quia novæ ſunt ac recentes [58], ſuſcipiant. Dat. Prid. Kalend. Novembr. *Romæ*, VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Non debet quis in officio reformari, niſi primi officii rationes reddiderit.

4. Iidem AA. ad Florentium Com. S. L. [59].

NEminem ſuſceptionis munere functum ad idem munus adſtringi, niſi [60] ſe prius vinculo ſolicitudinis ſuperioris abſolverit. Nam neque eos, qui placuerint, gravare, juſti [61] eſt, neque eos, qui diſplicuerint, tenere, prudentis eſt. Integro igitur ſinguli [62] anniverſario anno tranſcurſo cogantur exponere, quibus titulis ſuſcepta diſperſerint: ut facilius ſi quis in furto fuerit deprehenſus, recentem queat redintegrare jacturam, non perpetui [63] autem exactores teneantur in continuata vexandorum provincialium poteſtate, velut concuſſionum dominatione: ſed per annos ſingulos judiciaria ſedulitate mutentur, niſi aut conſuetudo civitatis, aut auctoritas [64] ordinis eos per biennium eſſe compellat [65]. Dat. Prid. [66] Kal. Decembr. *Conſtantinop.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 386.

5. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.

QUotieſcunque [67] certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri maſſa tranſmittitur [68], in ſeptuaginta [69] duos ſolidos libra feratur accepta. Dat. 6. Id. Jan. *Romæ*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

6. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. [70] Probo P. P. [71].

FRumenta, quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico [72] apocharum cautionibus adnotentur: non autem oportet in horreis fiſcalibus, niſi fiſcalia frumenta conſtitui. Dat. 5. Id. April. *Treveris*, poſt conſulatum GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 374.

1 *l. 6. §. 17. ff. de excuſat. l. 1. §. 1. ff. de vacat. muner. §. 11. Inſt. de excuſat.* 2 *Æquitatis, al.* utrumque deeſt, & legitur *publice.* 3 Inimicitia. 4 Examinatione. 5 *Sub.* ſi quis contra legis privilegia & excuſationem injuſte ſit nominatus. 6 Vide *l. 4. in pr. ff. de muneribus.* 7 Appellationem interpoſitam. 8 *l. 2. ſupr. de decurionib. l. 1. in fin. ff. ſi tutor vel curator.*
9 Al. *ante.* 10 Creatio hic nominatio ad munera. *l. 1. ſupr. quemadmodum civilia munera indicuntur. h. l. tit.* 42. unde creator, nominator. 11 Convenire. 12 *l. 1. ſupr. de decurionib.*
13 Al. *De tabulariis holographis, id eſt, ſcribis cenſualib. C. Theod. lib. 8. tit. 2.* 14 *Tabularii* pertinent ad ea, quæ publice inferuntur. 15 *Scribæ* ſunt magiſtratus municipalium. 16 *Logographi* tributorum rationes ſcribunt. 17 *Cenſuales,* magiſtri cenſus, in urbe operam accommodant. *l. ult. §. 16. ff. de munerib.* 18 Al. *Impp. Conſtantius & Conſtans AA. ad Catullinum P. P.* 19 *Impp. Conſtantius & Conſtans AA. ad Catull. P. P.* 20 Nullus. 21 Al. *logographis*, al. *holographis.* 22 Curiis officiiſque. 23 Al. *Imppp. Gratianus, Valentin. & Th. AAA.* 24 Vide *l. 33. ſupr. de decurionib.* 25 *C. Theod. 8. tit. 2. l. 5.* 26 Servus non poteſt eſſe tabellio. *Bart.* 27 Solidæ provinciæ, integræ, non pars earum. 28 *Tabellarii, in C. Theod.* 29 Tabularii actus, olim erat argumentum ſervitutis. adde *l. 1. ff. de re militari. l. 3. ſupr. de ſervis Reipub.* vide quæ notavi ad *l. 2. ff. rem pupilli.* vide Conanum 2. *commentar.* 2. 30 Conſentientes ſoli obligantur, non ignorantes. 31 Culpa adſcribitur autori. 32 Al. *Fabricio.* 33 Legendum *demogrammateos:* Verum Cujac. hunc locum ſic emendat: *Boëthos logiſtarum. demogrammatei logiſtæ, ſunt curatores reipub.*
34 Περὶ ὡρειαρίων τῶν ϗ ὑποδεκτῶν καλουμένων &c. De horreariis, qui & ſuſceptores dicuntur, & de horreis, & de ſpeciebus in iis reconditis. *Synopſ. Baſil. lib. 56. tit. 11. cap. 7.* 35 Suſceptores ſunt, qui annonis & tributis utriusque ærarii recipiendis occupantur. *l. cum poſſeſſ. 5. ff. de cenſib.* 36 Præpoſiti ſunt, qui horreis, in quibus ſpecies fiſcales deponuntur, præfecti. 37 Arcarii, qui his quæ in arcam præfecto prætorio inferuntur, ſuſcipiendis præpoſiti ſunt. Cujac. *hic*, unde arcarii Præfectorum dicuntur a Caſſiodoro *lib. 1.* vide *l. 1. §. 2. ff. de muner.* adde *l. 25. ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* 38 Al. *Antoninus.* 39 Tres autem hæ provinciæ ſunt Sicilia, Sardinia, & Corſica: ut conſtat ex notitia imperii, *l. 1. C. Theod. comm. divid.* 40 *C. Theod. 12. 6. 2.* 41 *l. ult. J̄. h. t.* Goth. Vide Zanger. *de except. part. 3. cap. 2. num.* 151. Anſ. 42 Præſumitur enim pro quolibet officiali. Alciat. 3. *præſumpt.* 15. 43 Opponere. 44 Sola oblatio liberat etiam a publicis debitis. *ut hic.* adde *l. 9. ſupr. de ſolut.* Imo non liberat. *l. 72. ff. de ſolut.* 45 In duplum. 46 Quos. 47 Negligentem. 48 Violaverit. 49 Et ex. 50 Sarcientur. 51 Al. *Alexander A.* 52 Adde *l. 3. S̄. de conveniendis fiſci debitorib.* 53 Pagorum præpoſitura. unde pagis præpoſiti. Euſeb. 9. *cap. 1. l. 51. Cod. Theod. de erogat. militaris annonæ:* πάγαρχοι. *Novell. de Alexandrinis, l. 49. C. Theod. de decurion. l. 1. Cod. Theod. de pignorib.*
54 Suſceptores canonum & præpoſiti horreorum creantur fide & periculo nominatorum: quod jus vetuſtiſſimum eſt. *l. 8. J̄.* Nominator ex nominati bonis emere nihil poteſt per ſe vel per alium, quod quaſi ſingulare notandum. Nemo enim dicet fidejuſſorem, quem inexcuſſo principali convenire licet, nihil poſſe emere ex principalis bonis. At nominatorem, quem inexcuſſo nominato convenire non licet, dicemus hac lege ex ejus bonis emere nihil poſſe, ne ſcilicet, qui idoneum eum præſtare debet, cum eo contrahendo, quo minus ſit idoneus efficiat. *Mod.* 55 *C. Th. 12. 6. 10.* 56 Al. *non præſentis.* 57 Quas in. 58 Al. *ad creſcentes.* 59 *C. Theod. 12. 6. 11.* 60 Adde *l. 9. §. 2. ff. de publican.* 61 Al. *juſtitiæ.* al. *juſtitia.* 62 *l. 3. J̄. de executorib. l. 12. tit. 61.* 63 *Ex l. 22. hoc tit. C. Theod.* 64 *Raritas*, legendum exiſtimat Cujac. *id eſt*, paucitas hominum, *Græce* τὸ σπάνιον. 65 Al. *Dat. 15. Octob. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Conſſ.* 66 *Dat. 15. Kal. Octobr. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Conſſ.* 67 *Ex hoc tit. l. 13. C. Theod.* 68 Conſtitutum enim fuit, ut ſolidi ex quocunque titulo fiſcali collecti in maſſam auri redigerentur, atque ita pro ſolidis maſſa ad comitatum tranſmitteretur, *l. 12. & 13. C. Th. h. t.* & inde aula, *Scrinium aureæ maſſæ.* proinde intereſt ſcire, quanti libra auri æſtimetur, ut ſciatur illata maſſa, quot ſolidi illati ſint. *Mod.* 69 Libra ſeptuaginta duos ſolidos habet. *Synopſ. Baſil. 56. tit.* περὶ ζυγοστατῶν, *tit. 5. cap. 15.* vide Cujac. 17. *obſerv.* 9. Goth. De Aſſis & ſolidorum in aſſem computatione vide *cenſur. forenſ. noſtram lib. 2. c. 8. num. 11.* S. L. 70 Al. *ad Chilonem.* 71 *C. Theod. hoc tit. l. 16.* 72 Vide *l. 3. ſupr. de conditis in publicis horreis. h. lib. tit. 26.*

7. Imppp.

7. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Hypati K. N. [1].

DIu [2] minime penes ipſos ſuſceptores maneat facta collatio: ſed ſtatim [3] quodcunque a provincialibus fuerit exſolutum [4], ſacris theſauris inferatur. Dat. 3. Kalend. Maji, *Conſtantinop.* poſt Conſulatum ANTONII & SYAGRII, 384.

8. Iidem AAA. Cynegio P. P. [5].

EXactores vel ſuſceptores [6] in celeberrimo cœtu curiæ [7], conſenſu & judicio omnium [8] ſubactorum teſtificatione firmentur: provinciarumque Rectores [9] eorum nomina, qui [ad] publicum [10] munus officii editi atque obligati fuerint, innoteſcant: & animadvertant [11] quicunque nominaverint [12], ad diſcrimen ſuum univerſa, quæ illi geſſerint, redundare. Datum 6. Kalend. Nov. *Conſtantinop.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 388.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [13].

MOdios [14] æneos vel lapideos cum ſextariis [15] atque ponderibus per manſiones [16] ſingulaſque [17] civitates juſſimus collocari: ut unusquiſque tributarius ſub oculis conſtitutis rerum omnium modis, ſciat, quid debeat ſuſceptoribus dare: ita ut ſi quis ſuſceptorum conditorum modiorum ſextariorumque [18] vel ponderum normam putaverit excedendam, pœnam ſe ſciat competentem eſſe ſubiturum. Et ſubmotis quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus geſta ſunt, frumenti [19] quinquageſimas, hordei quadrageſimas, vini & lardi [20] viceſimas ſuſceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem neceſſitate commoti [21], in Armeniæ partibus ſuſceptoribus longinquitatis cauſa, frumenti & hordei quadrageſimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. Dat. 4. Kal. Dec. *Conſtantinop.* HONORIO, N. P. & EVODIO V. C. CONSS. 386.

10. Iidem AA. Cynegio P. P. [22].

SUſceptores præſentibus defenſoribus & modum jugationis poſſeſſorum, & ſpecies ſingulas, vel eorum [23] numerum quantitatemque deſcribant [24]. Dat. 4. Kalend. Decembr. CP. TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Benigno Vicario urbis Romæ [25].

SEcuritates [26] ſemel publicatas & geſtis lectas vini [27] ſuſceptoribus imputari, & cœptam mercedis diſcuſſionem [28] volumus in apertum quæſita ratione deduci, & omnes publicas ſecuritates [29], quæ geſtis tenentur, a ſuſceptoribus accepto ferri. Dat. 6. Idus Jun. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Non poteſt quis exercere officium, in quo ſemel deliquit. Bart.

12. Iidem AA. Pompeiano [30] PC. Africæ.

SI [31] aliquid [32] a ſuſceptore, vel a tabulario fraudis admiſſum eſſe poſſeſſor deprehendat: nemo eorum ſemel de interverſione [33] convictus, id [34] rurſus officium gerat, in quo ante decoxit [35], etſi reſcriptum noſtrum elicitum clandeſtina [36] ſupplicatione [37] intulerit. Dat. prid. Kalend. Januar. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

13. Iidem AA. [38] Lucio Comiti ſacrarum largitionum [39].

DUos tabularios, [ſeu numerarios [40],] & ſuſceptores totidem, per univerſas provincias oportere conſtitui, clementia noſtra præcepit. † Scire autem volumus, Prætorianam ampliſſimam Præfecturam, eos [41], qui aurum largitionale ſuſceperunt [42], nihil cum arcæ [43] ratiociniis habere commune: Judices autem provinciarum quinque libris auri multandos, & primates Officiorum capitali pœna plectendos, ſi hoc non fuerit cuſtoditum. Dat. 6. Kalend. Februar. BASSO & PHILIPPO CONSS. 401.

14. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Euchario [44].

HUmilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari [45] curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Suſceptorem [46] itaque veſtium æquius eſt ab officio Proconſulari, vel ab his, qui in eodem meruerunt [47], ſolenniter procurari. Horum namque intereſt hujusmodi explorare rationem & quærere qualitatem eorum, quorum ad conſtituendum [48] commodior cura eſt: Neque enim æquum eſt, ut ad officium lucra, ad curialem ſuſceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus injuriam ſubmovemus: exceptis his, qui curialium in officio memorato, aut militaſſe, aut militare fuerint deprehenſi. Dat. [49] prid. Kal. Mart. *Ravennæ*, HONORIO IX. & THEODOSIO V. AA. CONSS. 412.

15. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Voluſiano P. P. poſt alia [50].

AUrum ſive argentum quodcunque a poſſeſſore confertur [51], arcarius vel ſuſceptor accipiat: ita ut provinciæ moderator, ejusque officium ad crimen ſuum noverit pertinere, ſi poſſeſſoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum [52] iniquitate illatum diſpendium: & quidquid ex provinciis ad noſtrum dirigitur ærarium, id ad illuſtres viros ærarii [53] noſtri Comites [54] relatione deferatur. Dat. 3. Kal. Mart. *Ravennæ*, poſt Conſ. FELICIS & TAURI VV. CC. 430.

TIT. LXXI.
DE [55] PONDERATORIBUS [56], ET AURI ILLATIONE.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Eufraxium Rationalem trium provinciarum.

AUrum [57], quod [58] infertur a collatoribus, ſi quis vel ſolidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance, & libramentis paribus ſuſcipiatur. PP. 14. Kalend. Auguſt. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

2. Imp. JULIANUS A. ad Mamertinum P. P. [59].

QUotiens de qualitate ſolidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem ſermo Græcus Zygoſtatem [60] appellat, per ſingulas [61] civitates conſtitutum, qui pro ſua fide, atque induſtria neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere [62]. Datum 9. Kalend. Maji, *Salone*, JULIANO A. IV. & SALUSTIO CONSS. 363.

TIT. LXXII.
DE AURI PUBLICI PERSECUTORIBUS [63].

Suſceptores non debent pecuniam acceptam ſine licentia in maſſam redigere, & habita licentia retardare. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [64].

AUri perſecutores partem nulla præmiſſa (ut aſſolet) perſecutoria [65], aurum [præſumunt] perſequi [66]: partim diutius retentant, quod ſtatim [67] fuerat adſignandum. Ideoque cenſemus, ne quis abſque præcepto viri illuſtris comitis ſacrarum largitionum, vel coquendum [68] aurum ſumat [69], vel capiat deinceps retinendum. Dat. 13. Kal. Aug. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LXXIII.
DE HIS, QUÆ EX PUBLICA COLLATIONE ILLATA SUNT, NON USURPANDIS.

Pecuniam publicam non poteſt quis accipere mutuo, vel alio titulo, vel in ſuam utilitatem aliter convertere. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. [70].

NUllus Judicum id quod a republica [71] ex collatione ſuſceperit [72], mutui interventione oppoſita, vel invadat [73], vel conetur [74] invadere. Datum Prid. Non. Mart. *Treveris*, PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Lampadi K. N. [75].

NUllus penitus ex eo, quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum [76] uſurpet: niſi forte præſumendi facultatem ſublimium poteſtatum juſſione perceperit. Dat. 3. Id. April. *Conſtantinop.* ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

1 *C. Th. h. t. 17.* 2 Suſceptori pecuniæ publicæ exactam quantitatem non licet fœnerare, vel aliter ea uti. *d. cap. 15.* adde *l. 1. ſupr. de canone largitional.* 3 Tributa ſtatim theſauris inferenda provinciæ, ne diu ſint penes ſuſceptores. *l. 1. S̄. de canon. largit. tit. h. l. tit. 23. l. un. ſupr. de offic. comit. ſacr. largit. l. un. J̄. de auri publici perſecutoribus. h. lib. tit. 72.* 4 Solutum. 5 *C. Th. hoc tit. l. 20.* 6 Suſceptores publicorum tributorum ex decurionibus creantur, *ut l. 5. S̄. de exact. tribut.* quod tamen eis ademit Anaſtaſius conſtitutis vindicibus. 7 Ordo curiæ exactores vel ſuſceptores creat ſuo periculo, & creationem inſinuat præſidi: non tamen ſuſceptores rei privatæ, quorum creatio ad curiam non pertinet, *l. 9. S̄. de jur. fiſc.* nec ſuſceptores veſtium, quorum creatio pertinet ad proconſulare officium. *l. pen. hoc tit. l. 4. C. Th. h. t.* Mod.
8 Pars major quod facit, omnes videntur feciſſe: quod in executoribus teſtamento datis, & compromiſſariis electis hac formula, *ut quod omnes fecerint, ratum habeatur*, notandum. Satisfactum enim formulæ videbitur, etiamſi non omnes, ſed majori ex parte fecerint. 9 Rectoribus. 10 *Al.* deeſt, & poſtea legitur, *publici onus*, al. *publici munus.* 11 Vide *l. 2. ſupr. h. t.* 12 Nominaverit. 13 *C. Theod. h. t. l. 21.*
14 Μοδίους χαλκοῦς ϗ λιθίνους &c. Modii ænei, & lapidei confici debent, ut unusquiſque tributarius ſecure ſolvat. *Synopſ. 56. hoc tit.* adde Suidam *in μανάμ.* & *l. 1. S̄. de condit. in publicis horreis. h. l. tit. 26.* 15 Menſuræ iniquæ prohibentur. Pondera eodem modo iniqua prohibentur. *l. ult. J̄. h. t. l. pen. ſupr. de defenſ. civit. Novell. 128. cap. 15.* 16 Manſiones quid, dixi in *l. 2. infr. de lucris advocat. l. 12. tit. 62.* 17 Singulas quaſque. 18 *Alias deeſt*, que. 19 Ut ſuſceptores frumenti, quinquageſimam: hordei, quadrageſimam: vini & lardi quintamdecimam accipiant. *Synopſis h. t. 2.* Harmen. 6. §. 2. Suſceptoribus rerum, pars ita certa rerum ipſarum datur. Sic optionibus, id eſt, erogatoribus militaris annonæ decimaquinta pars copiarum dabatur. *Novell. 130. cap. 1.* 20 *Laridi, in C. Theod.* 21 Commoniti. 22 *C. Theod. hoc tit. l. 23.* 23 *Earum, in C. Th.* 24 *Præſcribant, in C. Theod.* 25 *C. Th. h. t. l. 26.* 26 *l. 2. ſupr. de quadr. præſcr. l. 2. ſupr. de diſcuſſorib. h. l. tit. 30.* 27 Sic forte legendum, non, *binis, ut in C. Theod.* Hinc autem arca vini. 28 Cujac. legit, *& cœptam arcæ diſcuſſionem*, interpretaturque arcam hoc loco vinariam, de qua & in *l. 3. C. Th. de cal. coct.* quin etiam antea omnino legendum eſt, *vini ſuſceptoribus* non *binis ſuſceptoribus*, cum hoc dicat lex: apochas apud acta publicatas omnino vini ſuſceptoribus imputari debere, ut & cœptam arcæ vinariæ diſcuſſionem rationisque redditionem perficiendam & publicandam. *Mod.* 29 Id eſt, Harm. 2. §. 13. 30 *C. Theod. h. t. l. 27.* 31 Suſceptor aut tabularius (ὑποδέκτης ἢ ταβουλλάριος) ſemel circa miniſterium ſuum convictus, non amplius idem officium gerat. *Synopſis ibid. cap. 9.* Ita tabellioni, qui ſemel falſum admiſerit, poſtea fides non adhibetur. 32 Quis. 33 Interverſores qui. *l. 8. S̄. de jure fiſci.* 34 Officium id exercere nemo amplius poteſt, in quo ſemel deliquit & condemnatus eſt. vide Corſetum *ſingul. Tabellio.* 35 Decoctores. *hic, & l. 40. S̄. de decur.* vide quæ dixi ad *l. 2. infr. de palat. ſacrar. largit. l. 12. tit. 24. l. unic. ſupr. ad leg. Jul. de ambitu.* 36 *Hoc eſt*, obreptitia. *Goth.* Sed ſi reſcriptum inſinuatum fuerit præf. præt. valere putat. *arg. l. ſi quis. J̄. de coh. princ. l. 12. & 5. infr. de div. offic.* Mod. 37 Tulerit, al. *detulerit.* 38 Al. *Et Theodoſius A.* 39 *C. Theod. l. 30.* 40 Hæc adjecit Tribonianus, quæ abſunt a *C. Th.* ſed de tabulariis & numerariis vide *hic* Cujac. 41 Tributorum tituli non ſunt confundendi: ut quod uni arcæ inferendum ſit, alteri non inferatur. *l. 3. S̄. de canone largitionalium titulorum. h. lib. tit. 23.* 42 Officiorum confuſionem prohiberi, hinc colligit Bart. 43 Arcæ P. Prætorio fit mentio *in l. 22. infr. de curſu publ. l. 12. tit. 51.* ubi dixi. 44 *Ex C. Theod. h. t. l. 31.* 45 Vide *l. 21. ſupr. de decurionib.* 46 *Suſceptionem, in C. Theod. & quib. lib.* Goth. De ſuſceptoribus veſtium militarium & intellectu hujus l. vid. Ræyard. *conject. lib. 3. cap. 8.* Anſ. 47 Hoc ipſo ſatis ſignificatur ſolere officia proconſularia hanc ſuſceptionem procurare, *l. 4. C. Th. hoc tit.* porro ad legem hanc vid. Cujacium *l. 2. obſerv. c. 8.* Mod. 48 *Contuendum, in C. Theod.* 49 Al. 3. *Kal.* 50 *Cod. Theod. h. t. l. 32.* 51 Statim. *l. 1. ſupr. h. t.* 52 Pondera iniqua prohibita. vide *l. 9. ſupr. h. t.* 53 Comites ærarii, largitionum privatarum comites. 54 *In C. Theod. non ſolum ad illuſtr. vir. arar. noſtr. ſed etiam ad eminentiam tuam pari relatione &c.*
55 Περὶ ζυγοστατῶν τὰς εἰσκομιδὰς ὑποδεχομένων. De ponderatoribus, qui collationes ſuſcipiunt. *Synopſis Baſil. 56. tit. 5.* adde *Edict. Juſtiniani* 11. 56 Al. *ponderationibus.* 57 *Ex lib. 12. tit. 7. l. 1. C. Th. confer.* detractum enim eſt initium, & cætera valde immutata. 58 Æqua lance ſuſcipienda ſunt, quæ inferuntur, habente libra ſeptuaginta duos ſolidos. *Synopſ. ibid. cap. 15. l. 5. ſupr. tit. prox.* 59 Sic in *C. Th. l. 12. tit. 7. l. 2.* poſt alia. *Cont.* 60 Id eſt, ponderatorem. 61 Vide *Edictum Juſtiniani 11. cap. 2.* 62 Atque ita uni creditur. dixi ad *l. 1. in fin. ff. de verb. oblig.* Goth. Quatenus & quibus caſibus peritis in arte ſit credendum, vide *l. 9. l. 10. ff. qui ſatisd. l. 1. ſupr. de mulierib. & in quo, h. lib. tit. 62. l. hac edictali. §. ſi illud. ſupr. de ſecund. nupt.* Anſ.
63 Cujacius legit, *auri proſecutores*, & ſic dixit *l. 4.* Caſſiodorus, *proſecutores frumentorum:* ſic *proſecutores equorum, l. 1. J̄. de tractator. & ſtat.* ſic *proſecutores publicarum functionum, l. 9. J̄. de curſ. publ.* ſic denique *proſecutores reorum. l. ſolent. ff. de cuſt. reor.* Mod. 64 *C. Th. 12. 8. 1.* 65 Perſecutoria, diploma auri perſequendi quod a Comite ſacrarum largitionum dabatur. 66 Abeſt *a C. Theod.* 67 Vide *l. 1. S̄. de canone largitional. tit. h. lib. tit. 23.* 68 *Decoquendum*, Pyrrh. al. *ut coquendum*, id eſt, conſumendum & intervertendum. *Cujac.* hic puto legendum, *proſequendum.* 69 Sumatur.
70 *C. Theod. 12. 9. 1.* 71 Ad rempubl. 72 Vide *l. 1. ſupr. de his, qui ex publicis rationibus. h. lib. tit. 6.* 73 V. *l. ult. J̄. h. t.* 74 Comminetur. 75 *C. Th. hoc tit. l. 2.* 76 Vide *l. ult. J̄. h. t. l. ult. S̄. de conditis in publicis horreis. h. l. tit. 26.*

CODEX. [lii] 2

3. Impp.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P. P. poſt alia [1].

SCiant Judices [2] nihil ſibi ex privatæ rei canone, vel ex eo, quod ex iiſdem titulis exegerint, ad neceſſitates alias transferre licere: niſi [3] malint graviſſima ſeveritate ſuam licentiam coërceri. Dat. 16. Kal. Jun. *Mediol.* THEODORO CONS. 399.

TIT. LXXIV.

DE AURO CORONARIO [4].

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P.P.

AD [5] collationem auri coronarii placuit neminem abſque conſuetudine [6] eſſe cogendum. Dat. 15. Kal. Febr. *Conſtantinop.* RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

TIT. LXXV.

DE IRENARCHIS [7].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [8].

IRenarchæ, qui [9] ad provinciarum tutelam, quietis, ac pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, a [10] decurionibus judicio Præſidum provinciarum idonei nominentur. Dat. 8. Kal. Januar. *Conſtantinop.* HONOR. VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LXXVI.

DE ARGENTI PRETIO, QUOD THESAURIS INFERTUR.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

JUbemus [11], ut pro argenti ſumma, quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita [12] ut pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos inferat. Dat. 11. Kal. Mart. *Conſtantinop.* CÆSARIO, & ATTICO CONSS. 397.

1 *Cod. Theod. hoc tit. l.* 3. 2 Repetitur *l. ult. infr. de collat. fund. patr. l.* 11. *tit.* 64. ex qua hæc verba ex iiſdem titulis ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referenda eſſe exiſtimat Cujac. 3 *l.* 1. *l.* 2. *ſupr. h. t. l.* 7. §. *ultim. ſupr. de exactor. tribut. h. lib. tit.* 19.

4 *Aurum coronarium*, quod Græci στεφανητικὸν κανόνα vocant, decuriones proprio amore offerebant principi cum coronis aureis. *l.* 4. *C. Th. h. t.* ob lætitiam vel ſimilem cauſam, puta adoptionem: (quale oblatum fuit Pio, teſte Capitolino.) Id etiam offerebant Satrapæ *l. ult. C. Theod. h. t.* & Judæi, *l.* 17. 𝔖. *de Judæis.* Cic. *pro Flacco.* Aliis autoribus aurum coronarium eſt, quod triumphantibus offerebatur. 5. Gell. 6. ſicut æs coronarium æneæ coronæ hiſtrionum. 23. Plin. 7. 34. *cap.* 8. Alciat. 6. *parerg.* 4. putat coronarium aurum dictum, quod Imperatores coronas ex lauro, poſtea ex auro tulerunt. adde Forcat. *c.* 20. *Cupidinis num.* 7. 5 *Ex lib.* 12. *tit.* 13. *l.* 5. *Cod. Theod.* verum quid ſit aurum coronarium, explicat *l.* 1. *hoc tit. Cod. Theod.* 6 Conſuetudo in auro coronario conferendo ſervanda. Non indicitur a principe: ſi tamen offertur, accipitur. Imo indicitur, ſi conſuetudo id ferat, *ut hic.*

7 *Irenarchæ* appellabantur, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præpoſiti erant. *l.* 9. 𝔖. *de jure fiſci. l.* 6. *ff. de cuſtod. reor. l. ult.* §. *Irenarchæ.* 7. *ff. de muner. & honor.* 8 *Ex C. Theod. hoc tit. l.* 1. Cont. 9 Irenarchæ munus inſtitutum, ut per eum provinciæ tutela, quietis ac pacis per ſingula territoria concordia ſtet. Ariſtides 4. ἱερῶν, Irenarcham vocat φύλακα τῆς εἰρήνης, leges Gothorum pacis adſertorem, τὸν τῆς τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστατοῦντα, vid. Cujac. 1. *obſerv.* 33. *l. ſuper creandis.* 9. 𝔖. *de jure fiſci.* vide quæ ſcripſi de Irenarchis ad *Nov.* 80. *& l.* 6. *ff. de cuſtodia reorum.* 10 Irenarchæ creantur periculo Decurionum, & ex diſpoſitione Præſidum, *ut hic.* adde *l.* 9. *in fin. ſupr. de jure fiſci.*

11 *C. Th. lib.* 13. *tit.* 2. *l.* 1. Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Covarr. *de veter. numiſm. collat. cap.* 3. §. 2. *num.* 6. Anſ. 12 *l. un.* 𝔖. *de collat. æris. h. lib. tit.* 29.

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER UNDECIMUS.

TIT. I.

DE NAVICULARIIS [1] SEU NAUCLERIS PUBLICAS SPECIES TRANSPORTANTIBUS, ET DE TOLLENDA LUSTRALIS [2] AURI [3] COLLATIONE.

Argumentum Græcæ conſtitutionis quæ deeſt *tit.* 1. *lib.* 11. *Cod. de luſtralis auri collatione*, tale reperi in antiquiſſimo exemplari manuſcript. quam fidem ei habere debeat prudens lector perpendet. *Contius.*

Indictionibus trino luſtro digeſtis, auri primo pro rebus functio præter annonam canonem indicitur: utroque quod ex tali collatione dependitur, eſt luſtrale. Quindecim vero annorum ſpatium in ſe quinquennii continens tria luſtra, primo aurum, ſecundo argentum, tertio æs exſolvere collatores perurget. In luſtra vero conglomeratio per ſubadjuvas mello proximos adjutores, & arcarios ad hoc officii deputatos ſub forma exactionis inſerta hoc expedito curſu perſtringat.

REmittit omnibus prorſus collationem auri argenti, exceptis civitatibus aut vicis, qui quid ultima voluntate ſub hoc collationis onere acceperunt, vel ſi quid a fiſco eadem lege datum ſit. Qui vero tale onus agnoſcunt, in eorum arbitrio ſit id ſolvere Conſtantinopoli, vel in provincia, ſive quarto quoque anno ſive ultra quadriennium: ſine damno, & perverſitate ulla. Ac ſi quid eo illato ſuperſit, id in alias civitatis neceſſitates impendatur, veluti opera, aut frumenti coemptionem, aut lumina [4], aut ſimilia. Conſtituit autem pœnam C. librarum ſcholæ palatinorum, & præſidibus, & cohorti, & municipalibus, ſi hæc quandoque non obſervaverint.

2.

NE quis, quo ſit relevatus auri, atque argenti collatione, deſcribatur in ſpectacula, vel alia quædam: alioquin ſupradicta pœna imminebit.

De naviculariis publicas ſpecies transportantibus.

3. Impp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. Olybrio P. V. [5].

NUllam [6] vim oportet naucleros [7] ſuſtinere, delegatas ſpecies annonarias transferentes, nec concuſſiones perpeti, nec aliquod genus incommodi: ſed venientes, ac [8] remeantes omni ſecuritate potiri, decem librarum auri multa proponenda his, qui eos inquietare tentaverint. Dat. Kalend. Jun. *Romæ*, CONSTANTIO IX. & JULIANO C. II. CONSS. 359.

4. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Euſebio P. P. [9].

COmperimus naucleros [10] ſuſceptas ſpecies in [11] negotiationis emolumenta convertere [12]: ideoque decernimus, ut intra annum [13], quas ſuſceperint, inferant ſpecies, & ſecuritates [14] reportent, quæ certum diem illationis edoceant, ut intra alterum annum eis reddantur, a quibus ſpecies propriæ ſint. Dat. 10. Kal. Januar. *Mediol.* ARCAD. III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

Qui cum naviculariis fecerunt rapinam, tenentur in quadruplum. Bart.

5. Iidem AA. Flaviano P. U. [15].

AB his, qui in naucleros prædas [16] egerunt, volumus eorum commodis ſatisfieri, & ideo ne creſcat in poſterum eorum audacia, ſancimus, ut quicunque in rapinis fuerit deprehenſus, pœna [17] quadrupli [18] teneatur. PP. *Romæ in foro Aproniani*, 9. Kal. Februar. STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

Quando id, quod per perſonas certæ regionis debet expediri, non poteſt, debet expediri per homines circumſtantes expenſis publicis. Bart.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [19].

CUm navarchorum cœtus circiter provincias Orientis inopia navium titubaret, & inveſtigandæ claſſis obtentu inſularum ſeceſſus [20] obiret [21], & navigandi opportunitate transacta, judiciorum indignatio ſine transvectionis expectaretur effectu: merito celſitudo tua Præfecto Auguſtali, & Inſularum [22] Præſide conventis, civitatis Alexandrinæ, & Carpatiæ claſſis ſummates [23] & nonnullos alios naucleros ejus [24] profeſſionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus qui per Orientales

1 *Navicularii*, naucleri, navarchi, nautici, exercitores navium, iidem ſunt. *Vegetius* 4. Diverſi ab his ſunt magiſtri, *l.* 3. 𝔍. *de naufragiis h. lib. tit.* 5. *l. penult. C. Theod. de navicular.* Goth. Cujac. ex uno hoc duos titulos facit, cujus prioris inſcriptio ſit, *De auri luſtralis collatione.* lex prima: *Remittit.* poſterioris, titulus ſeu epigraphe, *De naviculariis ſeu naucleris publicas ſpecies transportantibus*, lex prima: *Nullam vim.* Vide latiſſime eundem Cujacium hic, *& obſervat. lib.* 16. *cap.* 23. Mod. 2 Luſtrale aurum, ut mox dicemus, mercatoribus rerum minutarum, lenonibus, meritoriis puellis, fœneratoribus & ſimilibus indictum. Fuit & iiſdem indictum ſiliquaticum, ob venditionem in nundinis proponendam, quod Græci κερατισμὸν appellant. Monopolium vero ab eo præſtabatur, qui juſſu principis id exercebat. *l.* 1. 𝔖. *de Monopol.* Caſſiodor. 2. Cujac. *hic.* 3 Luſtrale aurum χρυσάργυρον, cujus oneris quarto quoquo anno, id eſt, luſtro, pendendi autor Conſtantinus. Onus autem erat mercatorum, & negotiatorum (quale negotiatorum fuit id, cujus meminit Lampridius *in Alexandro*) rerum minutarum, puerorum, lenonum, fœneratorum, cujus penſitationis quædam quoque ſcrinia erant. *l.* 3. 𝔖. *de epiſcopis. l.* 1. 𝔖. *de commerc. & mercat. l.* 5. *C. Th. de luſtralis auri collat.* Verum id tributi genus poſtea ſuſtulit Anaſtaſius, ut Euagrius & Zonaras teſtantur. adde *l.* 13. *C. Theod. de luſtrali collatione.* 4 Lumina balneorum intelligit, ut *l. quia plurima.* 19. *ſupr. de operibus publ.* 5 *C. Theod. lib.* 13. *tit.* 5. *l.* 9. 6 *l.* 5. 𝔍. *h. t. l. un.* 𝔍. *de littorum & itinerum cuſtodib. lib.* 12. *tit.* 45. 7 *Navicularios*, in *C. Theod.* Goth. Certum fuit in urbe naviculariorum corpus, *l.* 1. §. 1. *ff. quod cujusque univerſ. l.* 5. §. *licet.* & §. *ult. ff. de jur. immun. l.* 1. 𝔖. *de hered. dec.* atque ex his alii annonæ urbis ſerviebant, alii lignis ad lavacra, alii aliis neceſſitatibus publicis. quare a cæteris muneribus immunitatem habent. *l. infr. de lit. & itin. cuſt. l.* 5. *&* 17. *C. Th. de navicul.* Mod. 8 Securitas interdum datur a lege, *ut hic.* adde *Authenticam Habita. ſupr. Ne filius pro patr. l. præſenti.* 6. *in princ. &* §. 1. *ſupr. de his qui ad Eccleſ. confugiunt. l. quisquis.* 5. *in fin. ſupr. ad l. Jul. majeſt. l. ult. ff. de legation.* 9 *C. Theod. hoc tit. l.* 26. 10 *Navicularios*, in *Cod. Theod.* 11 Species annonariæ ab his, qui eas transvehunt, in privatam negotiationem non ſunt transferendæ. adde 𝔖. *tit. de his qui ex publicis ratiociniis.* 12 *Hic multa detracta ſunt e C. Theod.* 13 *l.* 6. *infr. h. t.* 14 Apochas intelligit, quæ dicuntur *relatoriæ in l.* 8. *C. Theod. h. t.* Mod. 15 *C. Th. h. t.* 29. al. *Fabiano.* 16 Vid. *l.* 3. *ſupr. h. t.* 17 *In pœnam*, in *C. Theod.* 18 Vid. *Pap.* 3. *Notar.* 8. Goth. Hæc actio non eſt vi bonorum raptorum, in qua non extra rem quadruplum eſt, ſed propria quædam actio in eos, qui rapinam naviculariis faciunt: & forte conjungenda huic legi *lex pen. ſupr. de excuſ. tut.* Mod. 19 *Ex C. Theod. h. t. l.* 32. 20 *Succeſſus*, in *C. Theod.* 21 Conſpiraret. 22 Cycladas intelligit. De Cycladum præſide adde *Novell.* 165. 41. 50. 23 Summates claſſis Carpatiæ, *hic*, ut ſummates ordinis Alexandrini, *l.* 57. *ſupr. de decur.* Symmachus, Summates Aticinæ urbis. 24 *Eo*, *in C. Theod.*

navarchos ex Alexandrinæ civitatis conditis conſueverat [1] ad ſacratiſſimam urbem transferri, in ſuam fidem ſuſceptum, ad eadem Auguſtiſſimæ urbis horrea comportarent [2]: ſalariis [3] pro mercedula præſtitis ex tributariæ penſitationis immunitate: vel ex eo quod vocatur φιλικὸν [4], necnon etiam aliis [5] quæ cognitionis limavit [6] examen. Dat. 14. Kal. Febr. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Qui per rectam viam non vadit, & ſpecies publicas diſtrahit, capitali pœna punitur. Bart.

7. Iidem AA. [*Al.* Impp. THEOD. & VALENT. AA.] Anthemio P. P. [7].

QUi fiſcales ſpecies ſuſcepit deportandas, ſi recta navigatione contempta, littora devia ſectatus, eas avertendo [8] diſtraxerit, capitali pœna plectetur. Dat. 14. Kalend. Aug. *Conſtantinop.* HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Si judices patiuntur tempore ratæ navigationis naucleros in ſuo territorio commorari, puniuntur & ipſi & municipes. Bart.

8. Iidem AA. Fauſtino P. P. poſt alia [9].

JUdices, qui in partibus [10] diœceſeos ſuæ onuſta navigia, cum proſperior flatus invitat, ſub prætextu hyemis [11] immorari permiſerint: una [12] cum municipibus, & corporatis ejusdem loci fortunarum propriarum feriantur diſpendiis. Naucleri [13] præterea pœnam deportationis excipiant, ſi aliquid fraudis eos admiſiſſe fuerit revelatum. Dat. 18. Kal. Septembr. *Ravennæ*, VARANA V. C. CONS.

* *Conſtitutio Græca.* *

TIT. II.

DE PRÆDIIS ET OMNIBUS REBUS NAVICULARIORUM.

Etiam ad domum principis res naviculariorum tranſeunt cum onere ſuo. Bart.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Aurelianum P. annon.

DOmum [14] etiam [15] manſuetudinis noſtræ in his quæ naviculario nomine obnoxia ſunt, agnoſcere præcipimus debitam functionem. Dat. 3. Kal. Octobr. LUPICINO, & JOVINO CONSS. 367.

Pro rata rei quæ pervenit ad aliquem de bonis naviculariorum debet onus ſuſtinere, nec patrimonium vel perſona ulterius aggravatur.

2. Iidem AA. & GRATIANUS A. Achiloni Proconſuli Africæ [16].

IN his quæ navicularii vendunt (quoniam intercipere [17] contractum emendi vendendique fas prohibet [18]) emptor navicularii functionem pro modo portionis comparatæ ſubeat. Res [19] enim oneri addicta eſt, non perſona mercatoris [20]. Neque [21] navicularium jubemus [22] fieri eum, qui aliquid comparavit: ſed eam partem, quæ empta eſt, pro ſuo modo, ac ratione eſſe munificam [23]: nec enim totum patrimonium ad functionem naviculariam [24] occupandum erit, quod habuit, qui rei exiguæ mercator acceſſit: ſed illa portio, quæ ab initio navicularii fuit, ad penſionem hujusmodi [25] functionis ſola tenenda [26] eſt: reſiduo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum eſt otioſo, & immuni ſervando. † Domus [27] vero, quarum [28] cultu decus urbium potius quam fructus acquiritur, ubi a naviculariis veneunt, pro [29] tanto modo ad hanc penſionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum [30] pecunia mutuaretur [31]. Ubi vero ſpatium [32] [loci [33]] & exiguitas nullam habuerit penſionem, aut exſtructio, cujus eſt ardua, difficiliſque molitio, aut decus ſumptuoſum, aut (ut eſt plerumque liberale inſtitutum) habitationem quis ſuam urbis [34] ornamento adjecerit, nolumus munificentiam, quæ poſtea addita eſt, improbam licitationem æſtimationis excipere: ſed vetuſta [35] potius loci ſpecies, & penſio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per induſtriam hominis animoſi [36] acceſſit. Dat. 3. Non. Aug. poſt conſulat. GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 375.

Qui emit prædia naviculariorum, tenetur ad onus ſecundum veram æſtimationem, quæ privatorum pactis non tollitur. Bart.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P. P. [37].

HI, qui fundos naviculariæ functioni adſcriptos a naviculariis acceperunt quolibet ad ſe titulo tranſeuntes, ſecundum [38] agri opinionem [39] quæ antiquitus habebatur [40] adſcripta, naviculariam functionem ſuſcipere cogantur, neque eas conditiones ſibi exiſtiment profuturas, quas venditor minus idoneus in ſe recepit impoſitæ [41] mentis arbitrio [42]: Hac tamen pactione [43] ſervata, ut ſi ad minus idoneum fuerit translata poſſeſſio, etiam auctores tranſcripti prædii teneantur obnoxii: ſitque hoc in promptu, ut damnis fiſcalibus primitus ab idoneis conſulatur. Dat. 14. Kal. Mart. *Mediol.* THEODOR. V. C. CONS. 399.

TIT. III.

DE NAVIBUS NON EXCUSANDIS.

Naves quæ ſub nomine, & titulo alieno excuſantur, publicantur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Longiniano P. P. [44].

MUlti [45] naves ſuas diverſorum nominibus & titulis tuentur: cui fraudi obviantes, præcipimus, ut ſi quis ad evitationem publicæ neceſſitatis titulum crediderit opponendum, ſciat navem eſſe fiſco ſociandam. Nam ut privatos [46] quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum eſſe non ſinimus: cum omnes in commune, ſi neceſſitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, & ſubvectionem ſine dignitatis privilegio celebrare [47]. Dat. 3. Id. Januar. *Ravennæ*, ARCAD. A. VII. & PROBO CONSS. 406.

Nulla navis ob neceſſitatem publicam excuſatur aliquo privilegio in corpore juris inſerto, vel non inſerto. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

JUbemus nullam navem [48] ultra [49] duorum millium modiorum capacem, ante felicem embolam [50], vel [51] publicarum ſpecierum transvectionem, aut privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogativa perſonæ, publicis utilitatibus excuſari poſſe ſubtractam: nec ſi cœleſte contra proferatur oraculum, ſive adnotatio ſit, ſive divina [pragmatica] ſanctio [52], providentiſſimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus [53] obſervari: ut generaliter ſi quid ejusmodi contra jus, vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. Quidquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit attentatum, id navigii quod excuſatur, publicatione corrigimus. Dat. 9. Id. April. THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. IV.

NE QUID ONERI [54] PUBLICO IMPONATUR.

Quid cogit nautam ad accipiendum aliquid ultra onus, tenetur ad emendationem damni, & criminaliter punitur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Rufino P. P. [55].

ONeri [56] publico ſarcinam privatam ne [57] quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad ſuſcipiendum onus aliqua neceſſitate compellere. Hoc enim facto atque commiſſo non in diſpendium ſolum atque naufragii [58] damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicæ coërcitionis experietur vigorem. Datum 5. Id. Januar. *Conſtantinop.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

TIT. V.

DE [59] NAUFRAGIIS.

1. Imp. [60] CONSTANTINUS A.

SI quando naufragio [61] navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam [62] terram attigerit, ad [63] dominos pertineat: Fiſcus meus ſeſe non interponat [64]. Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate [65], ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?

1 *Cenſuerat*, in *C. Theod.* 2 *Comportaret*, in *C. Theod.* 3 *Solatiis*, in *Cod. Theod.* facit *l.* 6. *ff. de captivis.* 4 Id eſt, amicale, quod datur amicæ. 5 *Alios*, in *C. Theod.* 6 Al. *libuit.* 7 *Cod. Theod. h. t. l.* 33. 8 *l.* 3. *ſupr. quæ res venire.* 9 *C. Theod. h. t. l.* 34. 10 *Portubus*, in *C. Theod. & quib. lib. manuſcr.* 11 Adde *l.* 6. *ſupr. h. t.* Hyeme periculoſa navigatio. Hinc ſuſcipi annonæ publicæ debent & ſubvehi æſtate, non hyeme: niſi ventis valde ſecundis. *l.* 3. *infr. de naufragiis.* 12 Delicto judicis interdum ipſos cives puniri hinc colligunt: ut & repreſſalias concedi adverſus omnes cives, ob juſtitiam denegatam a rectore loci. Corſetus *ſingulari Judex.* 13 *Navicularii*, in *C. Theod.*

14 *C. Theod. l.* 5. *tit.* 6. *l.* 13. *confer.* 15 Navicularii juris domum emens, onus navicularium agnoſcere debet. Quod ita verum, ut id locum habeat etiam in principe emente, *ut hic.* Navicularia igitur domus tranſit cum ſuo onere: & ea parte princeps utitur jure privati, adde *l. ſi divina.* 8. *ſupr. de exact. trib. lib.* 10. *tit.* 19. Cur ita? Onus reale rem comitatur, nec novi poſſeſſoris privilegio mutatur. *l. ult. ſupr. de annon. & tribut. lib.* 10. *tit.* 16. *l.* 23. §. *ſi fundus.* 2. *ff. de ſervit. præd.* Hoc autem onus reale eſt. *l.* 2. *infr. h. t.* 16 *C. Theod. h. t.* 11. *l.* 7. 17 Libera eſt cuique emendi & vendendi facultas: libera æſtimatio & venditio eſt: Libertati vendendi & emendi favendum: nec ea facultas coërcenda. *l.* 7. *ſupr. de advoc. diverſ. judic.* 18 Imo non prohibet: multis enim caſibus emptio reſtricta. *l. dudum.* 14. *ſupr. de contr. empt. l. ſi in emptione.* 34. §. 1. *ff. de contr. empt.* 19 Realia comitantur poſſeſſorem. *Goth.* Vide Covarruviam *l.* 1. *variar. reſol. c.* 8. Mod. 20 *Mercantis*, in *C. Theod.* 21 Navicularius non eſt, qui emit rem naviculariæ obnoxiam, *ut hic*, unde notant, vaſallum Titii non eſſe, qui rem a Titii vaſallo emerit. 22 *Illico jubemus*, in *C. Theod.* 23 Vide *l.* 18. *in fin. ff. de verb. ſign.* 24 *Navicularii muneris*, in *C. Theod.* 25 *Hujus*, in *Cod. Theod.* 26 Naviculariæ rei onus rem comitatur, ut onus tributi vel pignorum. *l. ult. ſupr. ſine cenſu vel reliquis. l. Imperatores.* 7. *ff. de publicanis.* 27 *Domus*, in *Cod. Theod.* 28 Ædificiis urbes ornantur, ſunt ad ornatum potius, quam ad fructum: quod tamen paſſim in omnibus ædibus non admittendum: ut vocem, *quarum*, taxativam intelligamus eſſe. 29 Valor rei colligitur ex ejus reditu. Eatenus res valet, ut fructum reddit, non ut vendi poteſt. 30 Id eſt, venditionis tempore: ut ita non habeatur ratio temporis poſtea ſecuti, quo forte pluris locari & æſtimari cœperunt. 31 *Pecuniam mutuarentur*, in *C. Theod.* emendat Cujac. *pecunia mutarentur*, *in libr. Aured. pecunia mutuarentur.* 32 Spatia. 33 Al. deeſt, legitur *hic.* 34 Urbium ornamento cives plerumque ſuas habitationes adjiciunt. 35 Antiquum ſtatum rei conſiderari, non præſentem, hinc colligunt. 36 Animoſus emptor, qui plus æquo pretii præſtat vel offert. 37 *C. Theod. h. t. l.* 8. 38 Valet res tantum, quantum æſtimatur communiter, hoc eſt, publice, & a publicis perſonis, ne obſtet *l. ſi fundum ſub conditione.* 81. §. *ſi libertus.* 4. *ff. de leg.* 1. *l. cum pater.* 77. §. *pater qui filio.* 30. *ff. de leg.* 2. 39 Opinio hic cenſus & profeſſio, *l. ult.* 𝔍. *de collat. fundor. fiſcal. h. l. tit.* 73. 40 *Habetur*, in *C. Theod.* 41 Sic legitur in *C. Th.* al. *imponentis arbitrio*; in quibusd. manuſcr. *impoſitas ementis arbitrio*, quod magis probat Cujacius. 42 Pactiones adverſus fiſcum, fiſco non nocent, ſed paciſcenti tantum. 43 Teſtis, qui rei alicujus æſtimationem hanc vel aliam eſſe, ſuo arbitrio ſuaque opinione dicit, recte depoſuiſſe & probare cenſetur, ſi modo ſuam opinionem ad communem cæterorum ſententiam retulerit. Corſetus *ſingulari, Teſtis An. Teſtis.*

44 *C. Theod. h. t.* 2. 45 Immunitatis ſuæ privilegium alii per fraudem communicans, atque ita eum excuſans bonorum publicationem patitur, *ut hinc colligit* Corſet. *ſing. Gabella*; adde *l.* 2. *infr. h. t.* 46 Navigia privati habere poſſunt: ut vel in flumine publico, vel in mari etiam ſine permiſſu principis navigent. adde *l.* 1. *ff. ut in flumin. publ.* Porro qui naves habere poſſint, vide *l.* 3. *ff. de vac. mun. l. aufertur.* 46. §. *quod a præſide.* 2. *ff. de jur. fiſc. l.* 15. *ff. de interd. & releg. l. pen. ff. de veteran.* 47 De navibus Veteranorum nominatim reſcriptum eſt eas non excuſari. *l. pen. de veteranis.* Mod. 48 *l.* 1. *ſupr. h. t. l. un. infr. de Nautis Tiberinis. h. lib. tit.* 26. 49 Vide Novellam Theodoſii, *de navibus ultra duorum millium modiorum capacitatem non excuſandis.* 50 Embola felix, publicarum ſpecierum transvectio. adde *l.* 10. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* 51 *Vel*, particula plerumque interpretative ſumitur: id verbi ἑρμηνευτικόν. 52 Al. *deeſt.* 53 Præcipimus.

54 Id eſt, navi onuſtæ ex publico. 55 *C. Th. h. t. l.* 1. 56 Id eſt, navibus onuſtis ex publico, quæ publicas ſpecies deferunt. 57 Cur ita? minus onuſta navis periculo minus obnoxia eſt: fit enim jactus rerum eo fine, ut navis ſit incolumis. *tit. ff. ad leg. Rhodiam.* 58 Caſum itaque fortuitum præſtabit, qui onus impoſuit: nempe quia ejus culpa caſum præceſſit. de quo vide plura apud Rebuff. *hic.*

59 *Ecl. lib.* 53. *tit.* 1. *&* 3. de naufragis hoc adde: Solitos fuiſſe picturam naufragii ſui portare in tabula, ferente caſus ſui hiſtoriam, & aſſem ita a prætereuntibus poſcere. Juvenal. 14. *ibi merſa rate naufragus aſſem Dum rogat & picta ſe tempeſtate tuetur. Iidem naufragi in ipſo naufragii momento zonam læva morſuque tenebant.* Juvenal. *ibid.* id eſt, tenere ſolebant: nam in zona ſolidos & ſuam pecuniam ferebant. 60 In meo vet. manuſcr. legitur, *Imp. Anton.* recte meo quidem judicio; nam hæc videtur Antonini conſtitutio, quæ citatur in *l. ult. h. t.* Cont. 61 *l. ult.* 𝔍. *h. t. l. pen. ff. de incend. ruin.* 62 Al. *reliquam.* forte *reliquiæ attigerint terram premendo.* 63 Vid. *Auth. Navigia, ſupr. de furt.* Fiſcus res naufragorum ſuas non facit. vid. *Gloſſ.* 1. *quæſt.* 7. *c. diſpenſationes.* 16. multo minus privatus. 64 Contra illud: *Res fiſci & ubicunque natat.* Quod merito non placuit Antonino, ne ex aliena calamitate fiſcus lucrum ferat. *l. ult. ff. de inc. ruin. naufr.* Mod. 65 *l.* 3. §. *ult. ff. de incendio.*